



Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XXXIII. Avaritiæ Indicina Divitiarum coaceruatio in cognatorum & amicorum non egentium locupletationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

vſus conferentium propter periculum ne in hæretico-
rum perditorumq; potestatem veniant, & alias legi-
timaſ cauſas extra grauem necessitatem plura poſſi-
dere beneficia, non prorsus illicitum eſſe præſertim in
Germania, cui aliq[ui]d indulgendum. Atque hanc
opinacionem libenter fani & integri viribus ample-
ctentur, qui moribundi ſe aliam ſententiā ſecutos fu-
iſſe peroprabunt. Siquidem Thom. Catipr. l. i. Apum.
cap. 19. pag. 6. 7. 10. non paucos plura beneficia poſſi-
dentes infeliciflma morte extintos & ſe idcir-
co damnatos eſſe commemorantes
allegat.

C A P. XXXIII.

*AVARITIA INDICINA DIVITIA
rum coaceruatio in cognatorum & amicorum
non egeniū locupletatio-
nem.*

§. **S**Alutem in avaritia diſcrimen & exitium addu-
cunt & illi, qui ex beneficiis Ecclesiasticis the-
ſauros colligunt, quibus cognatos ſuos non indigen-
tes locupletent. Contra Tridentinæ Synodi præce-
ptum ſels. 25. capit. 1. de Reformatione. Omnino ait eis
(Episcopis) interdicit, ne ex redditibus Ecclesia confanguineos
familiares ſuos augere ſtudeant, cum & Apofolorum
Canones prohibeant, neres Ecclesiasticas, que Dei ſunt, conſan-
guineis donent: Sed fi pauperes ſint, iis ut pauperibus diſtri-
buant, eis autem non diſtrahant, nec diſcipent, illorum cauſa,
imo quam maxime poſteſ eos Sancta Synodus monet, ut om-
nem humānum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque car-
nis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia ſeminarium
exſtat, penitus deponant. Quæ verò de Episcopis dicta ſunt; ea-

dem non solum in quibusunque beneficia Ecclesiastica tam sa-
cularia quam regularia obtinentibus; pro gradu sui conditione
offeruari, sed & ad sancta Romana Ecclesia Cardinales pertinere
decreuit.

§. Ad Clementem Quartum duæ filiæ ex le-
gitimo matrimonio ante Pontificatum suscepæ ve-
nere postulantes, vt iis dotem augeret quo splendi-
dus nubere possint. Quibus respondit: Pontifi-
cibus Romanis filios non esse: neque eis licere, quod
sum non esset, propinquis dare. Et propterea con-
tentas debere esse: si fortunas, quas ante Pontifica-
tum habuisset, omnes eis reliquisset, neque vllis vel
ipſarum vel aliorum cognatorum precibus adduci
potuit, vt rem vllam ex Pontificatus bonis aut reddi-
tibus daret. Quin & nepotem ex tribus Canonica-
tibus, quos habebat, duos dimittere coëgit. Fulgent.
lib. 4. c. 3. Egnat. l. 4. c. 3.

§. Hoc accuratè seruauit Sanctus Augustinus
de quo in ejus vita cap. 31. Possidius. Idem Concilium
Tridentin. fanciuit sess. 22. capit. 3. de Reformatione.
Vt qui in Ecclesiis competens ibi seruitum, quolibet die statuto
non impleuerint, illius diei distributionem amittant, nec eius
quoque modo dominium acquirant, sed fabrica & Ecclesia aut
alteripio loco arbitrio Ordinarii applicetur. Quod & ha-
betur capit. vnico de Clerico non residente in 6.

Nisi ex capitali commissione Ecclesia
tractet negotia, aut morbo
impediatur.

429:(90)

C A P.